Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ut pesset diei et luminare minus ut pesset nocti. Et stellas.
Et posuit eas in firmamento celi ut luceret super terram et pesset
diei ac nocti et dividret lucem ac tenebras. Et vidit deus quod esset
bonum. Et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producat
aqua reptile anime viventis et volatile super terram sub firma
mento celi. Creavitque deus cete grandia et omnem animam viventem
atque motabilem quam produxerat aqua in species suas et omne volatile
secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum benedixitque eis di
cens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris
avesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane
dies quintus. Dixit quoque deus. Producat terra animam viventem in genere
suo iumenta et reptilia et bestias terre secundum species suas.
Factumque est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas iumen
ta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum
et ait. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram.
et preest piscibus maris et volatilibus celi et bestiis uni
uerseque terre omnique reptili quod movetur in terra. Et creavit
deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam ad ymagi
nem dei creavit illum masculum et feminam creavitque eos.
Benedixitque eis dicens. Crescite et multiplicamini et re
plete terram et subiicite eam et dominamini piscibus maris
et volatilibus celi et universis animantibus quae moventur super